



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

118. Sabbato Sancto. Septem Abyßi dolorum, B. Virginis ex moriente, &
mortuo Filio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

julem, in pedibus humilitatē, & Obedientiā,
in capite sapientiam, in corde charitatem, in
dextra justitiam, in sinistra fortitudinem.

MEDITATIO CXVIII.

Sabbato Sancto.

*Septem Abyssi B. Virginis dolorum, ex
moriente, & mortuo Filio.*

Videbo Ministram Sacerdotis Magni di-
midia parte animi superstitem: quia al-
teram sacrificatam in igne flammeo, qui de
latere Domini exire visus à B. Mechtilde. Pe-
tam sentire affectus Matris dolorosæ.

Conf. 1. Abyssum dolorum ex moriente
Domino. Doloris gladius, qui Christo in cru-
ce mortem attulit, Matris animam in ejus
mœrore transfixit, ait D. Paulin. Epist. ad Aug.

2. Abyssus. Ex vicinitate. Gravius pungit,
quod est vicinius cordi. Nunquam Deiciatū
vidit ullus, nunquam Filium miseriorem,
nunquam tristiore Matrem, presentem.
nec succurrere valentem. Vulnera Filij mo-
rientis erant vulnera Matris dolentis.

3. Ex mutuo aspectu. Natabant Christi
oculi in sanguine, & lacrymis, expresso dein-
de cruore Matrē aspiciens, tantū indoluit,
ut omnis dolor vulnerum ejus visus sit quasi
sopiri. Lib. 1. Rev. S. Bugit. c. 27 & 35.

4. Abyssus. Ex pugna cum dolore. Chri-
stus

stus

flus tormentis, & sanguine, hæc doloribus & voluntate sacrificabat Deo, ait D. Ambr. de Instit. Virginib. c. 7.

5. *Abyssus.* Ex lancea, Lib. 4. cap. 79. S. Brig. & Lib. 7. c. 15. Irridentibus, inquit ipsa, me alijs, unus accurrens cum furia maxima infixit lanceam in ejus latere dextro tam vehementer, & validè, ut quasi alteram partem corporis transiverit, quã extractã abundanter de vulnere cum impetu exhibat quasi quidam fluvius sanguinis brumei coloris, ut ex hoc intelligeretur cor transfixum, quæ punctura cor meum sic penetravit, ut mirum fuerit, quòd non crepuerit.

6. *Abyssus.* Ex depositione de cruce: Quia Filium suum quasi leprosum contractum & rigidum, nivisquæ instar frigentem, sicut stetit in cruce, sic in sinu reposuit, claudens ejus os, oculos, atque deosculans: Erat enim sicut vermis mortuus in hyeme, in quem transeuntes exspuunt, eumquæ conculcant. Discam amare Deum mortuum.

7. *Ex Sepultura:* positus enim erat Dominus in linteo mundo, plenè extersus, involutus in sindone munda, unctus antè aromatis, atque in sepulchrum illatus. Angeli autem quasi atomi Solis adfuerant. O qualem, inquit Diva, Lib. 1. c. 36. l. 2. c. 22. l. 7. c. 10. S. Brig. tristitiam tum temporis habui!

O quàm

Dominica Resurrectionis. 209

O quàm libenter posita fuisset viva cum Filio meo in Sepulchrum! Vere quasi duo corda in uno Sepulchro fuissent: Vbi enim The-saurus, ibi & cor: non tamen consui linteum, sciebam enim pro certo, quòd Deus non da-bit Sanctum suum videre corruptionem.

MEDITATIO CXIX.

Dominica Resurrectionis.

De quatuor D. IESU apparitionibus primis.

Videbo animam D. IESU ab inferis re-ducem comitantibus eam animabus jam beatificatis, ostendentem corpus suum percussum, & sanguinans, in quo pro salute eorum, totiusq; mundi passus erat usque ad mortem: quare eo ab omni livore & un-guentis emundato, illud continuò anima un-ivit, & sine revolutione lapidis, aut sigilli-latione per virtutem subtilitatis è sepulchro sub aurora extraxit: Angelo interea motu terræ lapidem removente, & multis corpori-bus Sanctorum, qui dormierant, surgenti-bus, & in Sancta Civitate apparentibus, Math. 27. Petam ex quatuor primis appari-tionibus fructum utilem decerpere.

Conf. 1. Evangelistas tantum narrare ap-paritiones servientes testimonio fidei, quod dare Matrem de Filio non decebat: ideo ap-paritio